

contigentibus nihil certi ipsi statuendum, sic de Socrate absente non potest aliquis certo affirmare quod sanus ambulet: potest enim esse ægrotus: quod autem sit homo sensu rationeque præditus, semper quam diu vivit, facere potest *Mag. p. 579.* sunt & talia necessaria æterna, ortus & interitus expertia *Aristot. libr. 1. post. 4. & 6. & lib. 1. met. c. 2. t. 5. & 5. Eud. c. 3.*

VIII. Oritur & hæc Scientia l. ex *anteceptis animo informationibus*, quia omnis doctrina & disciplina ex antecedenti fit cognitione t. *Arist. in init 1. post. 2. Ex Inductione*, qua discernuntur principia universalialia, cū remota sint à sensu ac difficulter cognoscantur, sic intelligere difficile est, quid sit homo, sed facile, si adhibitā inductionis forma, cognoscamus quid Socrates, Plato, Aristoteles & alia individua, t. *Andrea Hypper. lib. 6. Eth. cap. 3. pag. 302. 3. Ex Syllogismo Apodictico*, in eo enim adhibentur principia generalia, quæ faciunt ad recte concludendum *Giphan. d. 1. pag. 464.*

cap. 4.

IX. His cognitis Scientiam dicimus esse habitum Demonstrativum, quo percipimus & cognoscimus conclusiones necessarias per causas veras, immediatas, primas, posteriores & priores *lib. 1. M. M. c. 5. lib. 1. post. c. 2.*

X. Secundus Habitus est Ars quam forsan ideo Aristoteles scientiæ subiunxit, quod sicut in scientiis nonnulla effectivem: ita in artibus quædam Contemplationem redoleant t. *Procl. in Euclid.* Definimus habitum mentis cum vera & recta ratione opus aliquod efficientem: sed nolumus illam ita intellectam, ut etiam scientiæ, sicut *Ciceroni lib. 2. de orat.* artem rerum esse quæ sciuntur, asserenti, nec illo sensu, ut imagini artis ex mente artificis proficiscentis, ut *Luciano in Parasito*, neque ut unicuique disciplinæ ut *Quintil. c. 19. lib. 2.* competat: sed illi, quæ hæc subsequencia contineat.

XI. 1. Obiectum habeat contingentia, quo l. differt à Scientia i. *Metaphysicæ Mathematica* cum fiant necessario: sic lunam dicimus necessario eclipsari, 2. Naturali, quod natura sit principium internum motus & mutationis, ars autem respectu rei artificialis, externum, quia in artifice est *Aristot. lib. 1. met. c. 2.*

met. 6.